



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Conciliabvlvm Constantinopolitanvm, Qvo Tryphon Patriarcha  
Constantinopolitanus dolose depositus est, substituto in locum eius  
Theophylacto imperatoris filio. Habitum fuit anno Domini DCCCCXLIV. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

\* CONCILIABVLVM

ANNO CHRISTI  
944. CONSTANTINOPOLITANVM,

QVO TRYPHON PATRIARCHA

Constantinopolitanus dolose depositus est, substituto  
in locum eius Theophylacto imperatoris filio. Habi-  
tum fuit anno Domini DCCCCXLIV. tempore Marini  
papæ II.

NOTA.

\* *Conciliabulū.*] Cum tempore Ioannis XI. anno Christi 933. Stephanus patriarcha Constantinopolitanus obiisset, statim exemplo principis sive comitis Heriberti, imperator Constantinopolitanus inuasit patriarchatum ista ratione: Tryphonem monachum, quod nunquam in ecclesia est auditum, temporaneum constituit antistitem, qui federet usque ad Theophylactum filium Constantini imperatoris legitima esset etat, qua posset episcopus & patriarcha ordinari: plau-  
cuit Tryphoni conditio. Exacto tempore quod ipse Tryphon defini-  
uerat, de sede, ut promiserat, discedere nolebat, nisi legitimo syno-  
dali iudicio conuinceretur. Congregato igitur ob eam rem Concilio,  
ibidem gesta sunt quæ a Europalate his verbis describuntur: *Statim*  
*igitur cunctam Synodus alloquitur patriarcha: Qui me de sede iniuria*  
*detrahere cupiunt, o sacri ministerii college, multis admotis machinis,*  
*ut probabili causa inuenta me expellerent non inuenere. Ad extremum*  
*hoc mihi obiiciunt: expertem me literarum essent aiunt. Nunc igitur co-*  
*ram omnibus vobis has literas inscribo, ut videntes, ac certiores facti ca-*  
*lumniatores, desinant iniuria mibi negotium faceſſere. Dixit, & sumpta*  
*charta non scripta, coram omnibus ita scripsit: Tryphon miseratione diui-*  
*na archiepiscopus Constantinopolis noua Roma, & œcumenicus patriarcha.* Et scripta per protothronum mittit imperatori. *Quibus ille acceptis,*  
*& alia in non scripta charta desuper contenta, causam cur se abdicaret*  
*scripsit, videlicet indignum se throno cucumque volenti cedere. Et hac*  
*excusatione ad Synodum allata, ab ecclesia Tryphon remouetur, multum*  
*conquerens de fraude, & protothronum grauiter accusans: anno vero post*  
*& mensibus quinque, ( tantum enim temporis requirebatur ad perfectam*  
*Theophylacti etatem, qua princeps sacerdotum deligeretur ) Februarii*  
*mense, inductione secunda, creatur patriarcha Theophylactus imperatoris*  
*silius. Hæc Europalates.*